

tissime ordinatam esse ad Finem Ultimam, qui est ad *Q* u, principium & finis, uti Vener. Danſius Scotus loquitur (in fin. lib. 1. sent.), ideoque cunctis Theologiæ Moralis studiosis, si vere sapere cupiant, summopere enitendum est, ut usum propriæ disciplinæ nullo modo aberrare faciant a Fine tam præstantissimo, ad quem, medullitus opto verbis Piiſſimi Richardi de Mediavilla (in fin. lib. 4. sent.) me, & omnes scriptorum meorum pios interpretes, & benevolos correctores, ac etiam impressionis hujus operarios & auctores, perducatur suavissimus Jesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS PARTIS I. TOMI I.

THEOLOGIA
MORALIS UNIVERSA
R. P. GABRIELIS ANTOINE

A REVERENDO PATRE

PHILIPPO DE CARBONEANO

PRIDEM NOTIS, ET APPENDICIBUS AD USUM MISSIONARIORUM,
 POTISSIME AD SACROS CHRISTIANORUM RITUS, ET ECCLESIE ORIENTALIS
 DISCIPLINAM SPECTANTIBUS AMPLIFICATA,

Dein novis accessionibus ex geminis scolarum & Ecclesie Doctoribus S. THOMA
 AQUINATE & S. BONAVENTURA CARD. de promptis ad PAROCHOS,
 CONFESSARIOS, præsertim vero ad STUDIOSAM JUVENTUTEM
 informandam aucta, & illustrata

A R. P. BONAVENT. STAIDEL M. C.

A C C E D U N T

TRIA OPUSCULA EX AUREO MELCHIORIS CANI DE LOCIS THEOLOGICIS LIBRO
 DESUMPTA, ET DISCEPTATIO PROOEMIALIS DE LEGE DIVINA.

EDITIO X. ABSOLUTISSIMA

A JO. DOMINICO MANSI

ARCHIEPISCOPO LUCENSI

MEDULLITUS INSPECTA, PERMULTIS ALIIS ADDITIONIBUS EX OPERIBUS
 BENEDICTI XIV. ET CLEMENTIS XIII. & XIV.

Litteris apostolicis excerptis locupletata, correctâ, nonnullis figuris aeneis
 in fronte quorundam Tractatuum ornata,

ET IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

TOMI PRIMI PARS SECUNDA.



VENETIIS MDCCLXXXII.
 APUD ANTONIUM ZATTA
 SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. Filippo Rosa Lanzi Inquisitor Generale del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Theologia Moralis uniuersa a R. P. Paulo Gabriele Antoine primum concinnata &c.*, non v'esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 4. Novembre 1768.

(ANGELO CONTARINI PROC. RIFORM.

(ALVISE VALLARESSO RIFORM.

(FRANCESCO MOROSINI P. CAV. PROC. RIFORM.

Registrato in Libro a carte 364. al Num. 2601.

Davidde Marchesini Segr.

Registrato al Magistrato della Bestemmia in libro a carte 5.

Andrea Crattavol Segr.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia di poter ristampare il Libro intitolato: *Theologia Moralis uniuersa P. Gabrielis Antoine &c.*, a P. Dominico Mansi Archiepisc. Lucens Medullitus inspecta &c., osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 27. Ottobre 1774.

(ANDREA QUERINI RIFORM.

(GIROLAMO GRIMANI RIFORM.

(SEBASTIAN FOSCARINI CAV. RIFORM.

Registrato in Libro a Carte 171. al Num. 142.

Davidde Marchesini Segr.

I N D E X .

III

TOMI PRIMI PARS SECUNDA.

TRACTATUS

De Actibus Humanis.

CAP. I. **D**E voluntario, & involuntario. Pag. 2

ART. I. Quid sit voluntarium, & quotuplex? ibid.

ART. II. Quid & quotuplex sit involuntarium? 3

ART. III. Utrum ea quae fiunt ex metu, sint voluntaria? ibid.

ART. IV. Utrum ea, quae fiunt ex concupiscentia, sint voluntaria? 4

CAP. II. De libero, seu libertate. 5

ART. I. In quo consistat essentia liberi arbitrii, seu libertas strictè sumpta? ibid.

ART. II. Utrum ad merendum, & demerendum in presenti statu requiritur libertas ab omni necessitate simplici? 9

ART. III. Utrum homo in statu naturae lapsae habeat libertatem ab omni simplici necessitate intrinseca? 11

Soluntur Objectiones. 12

ART. IV. Exponitur mens & doctrina S. Augustini circa liberum arbitrium in statu naturae lapsae. 14

Soluntur Objectiones. 16

Soluntur Objectiones. 17

ART. V. De subiecto, objecto, & exercitio libertatis. 20

CAP. III. De bonitate & malitia actuum humanorum. ibid.

ART. I. Quid requiratur, ut actus sit bonus? ibid.

ART. II. Utrum actus internus sumat bonitatem a fine extrinseco, & circumstantiis? 23

ART. III. Unde actus internus sumat malitiam, & quid ad hoc requiratur? 24

ART. IV. Utrum idem actus voluntatis possit esse simul bonus & malus? 25

ART. V. Utrum dentur actus indifferentes in individuo, hoc est, qui neque boni, neque mali sint, spectatis omnibus circumstantiis, & praesertim sine? 26

Soluntur objectiones. 27

ART. VI. Utrum actus externi habeant bonitatem vel malitiam objectivam? 29

ART. VII. Utrum actus internus augeat bonitatem, vel malitiam formalem actus interni? ibid.

TRACTATUS

De Conscientia.

CAP. I. **D**E Conscientia vera seu recta, erronea, & perplexa. 32

CAP. II. De Conscientia certa, & dubia. 35

Nota Dissertatoria de Conscientia certa, & dubia. 36

CAP. III. De Conscientia scrupulosa. 40

CAP. IV. De Conscientia, & opinione probabili. 41

TRACTATUS

De Legibus.

SECT. I. **D**E lege in communi. 48

SECT. II. De Lege Divina. 50

SECT. III. De Lege humana. 53

CAP. I. De causa efficiente, & materia Legis humanae. ibid.

CAP. II. De obligatione Legis humanae. 56

CAP. III. De modo, quo observanda sunt Leges. 62

CAP. IV. De subiecto Legum. 66


CAP. V. De Interpretatione, & Epikita. 70

CAP. VI. De Dispensatione. 73

CAP. VII. De Abrogatione & Cessatione Legis. 78

CAP.

^{IV} CAP. VIII. De Lege penali, & irritante.	78	CAP. III. De Peccatis commissiōis & commissiōis.	110
CAP. IX. De Privilegio & Consuetudine.	83	CAP. IV. De Ignorantia, & ejus peccatis.	112
Nota Dissertatoria: de Consuetudine.	85	CAP. V. De Concupiscentia, & peccatis infirmitatis, malitiæ, habitus.	116
		CAP. VI. De Peccatis mere internis, que scilicet consistunt in solis actibus internis, absque ullo opere & signo externo.	117
Ad usum Missionariorum.	92	CAP. VII. De Peccatis Capitalibus.	123
APPENDIX.		ART. I. De Superbia.	ibid.
TRACTATUS		ART. II. De Avaritia.	125
De Peccatis.		ART. III. De Gula.	ibid.
CAP. I. DE Peccati natura, divisione, distinctione, & gravitate.	96	ART. IV. De Luxuria.	127
CAP. II. De Peccato mortali, & veniali.	103	ART. V. De Ira.	138
		ART. VI. De Invidia.	ibid.
		ART. VII. De Acedia.	139



TRACTATUS DE ACTIBUS HUMANIS. (1)



ACTUS, qui ab homine fiunt, alii dicuntur actus hominis, alii actus naturales, & alii actus humani. Actus hominis dicuntur ii, qui procedant ab homine, sine deliberatione, reverentia, & libertate, ut motus indeliberati concupiscentiæ seu motus primo primi. Actus naturales sunt actus mere corporei, qui necessario fiunt, nec ad mores pertinent, ut respiratio, circumlatio sanguinis &c. (Vid. N. 88. 89. 90.) Actus vero humani, de quibus hic agitur, dicuntur ii, qui fiunt ab homine humano modo agente, nempe libere & cum aliqua ad morem advertentia vel formali, vel virtuali: nam hic modus agendi est hominis proprius, nec brutis convenit. Proprie enim loquendo, ea omnis & sola actio dicitur humana, que procedit ab homine, in quantum homo est, id est, in quantum differt ab aliis creaturis irrationalibus: ab his autem differt in quantum est dominus suorum actuum, ita ut possit illos pro arbitrio ponere vel non ponere ex electione. Ita docet S. Theologus. 2. q. 1. ar. 1. Actio, inquit, que ab homine agitur, illa sola proprie dicitur humana, que sunt proprie hominis in quantum est homo: differt autem homo ab aliis irrationalibus creaturis in hoc, quod est suorum actuum dominus. Unde illa sole actiones vocantur proprie humane, quarum homo est dominus. Et autem homo dominus suorum actuum pro rationem & voluntatem: unde & liberum arbitrium esse dicitur facultas voluntatis & rationis: illa ergo actiones proprie humane dicuntur, que ex voluntate deliberata procedunt. (Vid. N. 91. & seq. usque ad 98.) Igitur actus humani sunt actus ab homine libere facti cum advertentia ad regulam morum vel formalem, vel virtuali, aut interpretativa, seu debita & possibilis. Quare actus humanus idem est realiter, ac actus moralis, seu actus pertinens ad mores, (Vid. N. 252.)

(1) Tractatus iste, primitus a Cl. Authore exulgatus pro Polemica magis, quam pro Morali Theologiae studio, in tria suprema Capita fuit ab ipso divisus, ut patet insipienti. Horum Secundum Dogmatico-Scholasticas materias complectitur, quibus aliqua saltem ex parte elucidanda instruuntur dicta a nobis in Dissert. Proem. Art. II. Sect. II. Primum ac Tertium questiones quidem, ac præceptiones continent Moralis Facultatis proprias, sed compendiose admodum propositas. Quare uberius peritiusque illas percipere cupientibus erit crebra recursum. Antoin. Theol. Moral. T. I. P. II.

2. idoque (Vid. N. 390. & seq.) laude vel vituperio dignus. Nam actus moralis est actus liber, bonus vel malus moraliter: omnis autem actus, qui fit ab homine libere & cum advertentia supra dicta, est bonus vel malus moraliter, cum nullus actus liber, in individuo spectatus, sit indifferens (1).

CAPUT PRIMUM

De voluntario, & involuntario.

ARTICULUS I.

Quid sit voluntarium, & quatuorplex?

Dico 1. Voluntarium (1) proprie est id, quod fit, vel quasi fit, seu omittitur a voluntate ex prava cognitione intellectuali, supple vel actuali, vel virtuali, aut interpretativa, que scilicet ponitur & debuit haberi. Unde duo ad voluntarium requiruntur. Ut fiat vel omittatur a voluntate eius, respectu cuius dicitur voluntarium. Ut fiat vel omittatur ex prava cognitione intellectuali eorum, que dicuntur voluntaria. Non tamen ad quodlibet voluntarium requiritur cognitio actualis. Nam ad voluntarium indirectum & interpretativum, quod est verum voluntarium in ordine ad motus, utpote imputabile ad culpam & peccatum, si fit liberum, sufficit cognitio virtualis, & interpretativa, hoc est, cognitio, que quidem non existit, sed que potuit & debuit haberi (2).

Porro voluntas definitur appetitus rationalis, sive potentia volendi & nolendi ex prava cognitione spirituali.

(1) Dum Auctor universim actus morales duplici duntaxat bonorum & malorum classe concludit, non inconvincens, & Moralium omnium in dicitur certam proponit doctrinam, sed ad voluunt loquitur illorum tantummodo Theologorum, qui ducunt Augustinum invidiam individuali indifferencia humanarum actionum. Qua de re redibit sermo in tertio Capite.

(2) Vid. N. 131. 132. item 117. 118. ubi accurata analysi ostenditur, quasnam partes tum intellectus, tum voluntas habeant in producendis actionibus vere moralibus.

(3) Vid. N. 207. 208. 209. Et hac quidem verba ac solida doctrina, que cognitionem ad voluntarium sufficientem declarat esse disjunctivam, vel actuali, vel virtuali seu interpretativam, prave scilicet constanti habenda, ne quis incaute contrarium errorem imbibat dissemination in pluribus Auctorum libris, qui nimia libertate de rebus moralibus scripsere potestatem in plerisque. Profecto si, ut isti volunt, alio mala non imputatur homini tanquam voluntaria, nisi in actu cognoscit vellem esse, aut saltem dubitet: iam peccator ignorantiam attestatam, qua quis studiose vult seipsum, vitabitur altera causa vel culpa, & ab quam in peccata prolabitur, etiam ubi nihil ei subest, ut cum D. Augustino (N. 199.) docent omnes veridicantur Theologi. Stique viri probi, semel ac ita sunt animo comparati, ut cause custodiant vitas

Aliquid autem fieri potest tripliciter (Vid. N. 91.) a voluntate. 1. Ut actus elicitus, sic sunt a voluntate omnes actus eius immediati, quid dicitur eliciti, ut volitio, nolitio, amor, odium, &c. 2. Ut actus imperatus: hoc modo sunt a voluntate actus aliarum potentiarum ei subiectarum, quoties scilicet ex eius imperio seu impulsu & applicatione agunt. Cum autem voluntas ipsi per unum actum possit imperare alium, idem actus voluntatis potest simul esse elicitus, quoties nempe immediate fiat a voluntate, & imperatus, quoties sit ex impulsu per alium priorem actum factio (3). 3. Ut aliquid fiat a voluntate ut effectus secutus ex aliquo veli voluntatis despectu vel imperato. Sic fit a voluntate homicidium, quod sequitur ex percussione imperata a voluntate.

Dico 2. Voluntarium multiplex est (4), nam dividitur: 1. In elicivum seu immediatum, & imperativum seu mediatum (5).

2. In necessarium, quod scilicet fit a voluntate ad unum antecedenter determinata, & in liberum, quod fit a voluntate sine antecedenti & intrinseca ad unum determinatione (6).

3. In perfectum & imperfectum. Voluntarium perfectum est illud, quod est a voluntate cum perfecta cognitione, hoc est, cum cognitione, que rationes boni & mali cognoscitur sufficienter ad perfectum usum libertatis, cognitione, inquam, que vel actuali habetur, vel haberi potest & debeat. Unde voluntarium perfectum est illud, quod est a voluntate cum sufficienti usu rationis & libertatis ad hoc, ut ad laudem vel vituperium, ad meritum vel demeritum impentur, integre scilicet. Voluntarium vero imperfectum est illud, quod est a voluntate cum imperfecta tantum cognitione, hoc est, cum cogni-

tuas, nolimque unquam facere, que actu cognoscunt aut dubitant esse mala, non debentur, antequam aperi, ac Deum fugere deprecati pro oculis ignorantia desistit. Quippe si inviti aliqua ignorant, nil ipsi deputabitur ad culpam, ego prius neglexerint querere, que ignorant: quidquid contra scripserit Augustinus nova huius doctrine ad hoc ignarus.

(4) De imperio voluntarii relate sive ad seipsum, sive ad quilibet alias potentias, plurima reperies N. 101. & seq. usque ad 117. que nisi fuerint explorata, quomodo seipsum (iuxta Sapientium monita) quis nosset, etiam novisset quid toto fiat in orbe?

(5) Universas voluntarii divisiones sex numero arbitramur N. 126. Brevi contextu unius sermonis vere magistris eas quas nimis pinxit D. Bonnav. N. 45.

(6) De hac divisione voluntarii vid. N. 98. & 137.

(7) Vide divisionem ipsam N. 136. Hinc vero clarior percipies, cur voluntarium seorsum a libero considerandum duxerimus, & notionem voluntarii, que cum notionem liberi nil commune habet, tradiderimus N. 119. & seq. Si enim contingit libertate lineamenta necessario apparere debent in descriptione voluntarii abstracte. & univocis prestanti, quomodo subijcet presentem Theologorum Moralium divisio, qua voluntarium diffinitur in necessarium, & in contingens, tanquam in duo membra vere opposita?

3. cognitione qua non cognoscuntur, nec cognosci possunt ratione boni & mali sufficienter ad usum perfectum rationis & libertatis. (1)

4. Involuntarium in se, & voluntarium in alio. Voluntarium in se est tum actus elicitus voluntatis, tum id quod immediate & secundum se intendit voluntas. Voluntarium in alio est illud, quod virtualiter seu moraliter continetur in alio immediate & secundum se intento a voluntate, vel effectus in causa. Sic, v. g. cum quis ob solam voluptatem nimum bibit, & nimum bibendo se inebriat, actus elicitus quo vult bibere, & ipsa actio bibendi voluntaria in se; ebrietas vero, que ex nimia potatione sequitur, est tantum voluntaria in alio, nempe in ipsa nimia potatione; quia voluntas bibendi non fertur directe & immediate in ebrietatem, sed in nimum potationem, in qua virtualiter continetur ebrietas vel effectus in causa. (2)

5. Denique in formale, & virtuale ac interpretativum. (3)

Voluntarium formale est illud quod est a voluntate positive volente & agente. Quod si voluntas positive vult illud immediate ac in se, est formale voluntarium in se; si vero voluntas positive illud intendit mediate tantum & in alio, est formale voluntarium in alio.

Voluntarium virtuale & interpretativum est illud, quod est a voluntate libere non volente & omittente agere, ac proinde virtualiter & interpretative nolente agere. Sic si quis libere non vult facere electum, nec faciat, unde alii merito scandalizentur: libera omisso positive volitionis facere electum, & libera omisso dationis sunt ei virtualiter & interpretative voluntarie in se: scilicet dandum vero ex illa ommissione secutum, quod pravius est vel pravius potuit, est ei virtualiter & interpretative voluntarium in alio, nempe in libera ommissione electiois.

Nota. Ut aliquid fit voluntarium in alio, duo requiruntur; nempe, 1. Ut sit aliquo modo saltem connexione habet, vel quod est immediate ac in se voluntas: vel ut sic cognoscatur potuit ac debuerit, hoc enim sufficit: nam tunc perinde se habet in ordine ad imputabilitatem, licet forsasse non tantam, ac si re ipsa alio cognoscatur. 2. Ut fit vel per se connexum cum illo alio directe & immediate volito: est autem per se connexum cum illo alio, si ponitur re-

(1) Vid. N. 138. de hac divisione: nec pretermittit animadvertendum N. 95. que hac pariter collimat. (2) Eiusmodi alio modo occurrit N. 239. 240. alii tamen vocant expressa iuxta Dilectorem Angelicum. Voluntarium in alio, sive (ut nos dicimus) secundum suam causam, & virtuale, quod in secundo illius membro ponitur, conditionem aliquam requirit, de quibus Auctor in nota, seu paragrafo ultimo presentis Articuli non zero N. 141.

(3) Quod in hac ultima divisione ab Auctore dicitur voluntarium formale, & virtuale seu interpretativum, nobis Angelici sermonem stantibus est directum & indirectum, de quo N. 241. 242.

(4) De tempore, quo effectus malus imputatur homini tanquam virtualiter, aut indirecte voluntarius, questionem movent Scholastici, quam Auctor hic pre-

ipsa hoc ipso, quod illud alio ponitur; sic ebrietas cum nimia potatione connexa est. Vel si sit tantum per accidens cum illo alio connexum, ita ut vitium non sequatur, sed propter alia adjuncta, requiritur in voluntate obligatio illud impediendi, & ad illud impediendum abstinendi ab actione; nam aliqui non censetur voluntarium. (4)

ARTICULUS II.

Quid & quatuorplex involuntarium.

Dico. Involuntarium proprie est illud quod est contra actum vel inclinationem voluntatis; ita ut sit aliquo actu voluntatis nolitum. (1)

Duplex est autem (2) nempe involuntarium simpliciter, & involuntarium secundum quid. Involuntarium simpliciter est illud, quod est contra inclinationem voluntatis, quantum est ex se, efficacem ad illud impediendum, ut mors, que homini plane invito & pro viribus reluctanti inferitur: item motus concupiscentie, qui voluntate toto affectu renitente incurrunt.

Involuntarium secundum quid est illud, quod displicet quidem secundum aliquam considerationem, sed magis & efficaciter placet secundum aliam; unde est aliquo actu inefficaci nolitum, & simul alio actu efficaciter volitum. Sic cum viator metu mortis daretur latroni crumenam, quam retinere vellet; datio illa est secundum quid involuntaria, nam secutum est displicet; sed spectata ut necessaria ad vitam servandam, magis & efficaciter placet; unde licet hac consideratione re ipsa acceptatur, & adhibetur ut medium ad hunc finem necessarium.

Hinc involuntarium secundum quid non est involuntarium nisi cum addito diminutive, immo destruyente rationem involuntarii: nam est simpliciter & absolute voluntarium, cum voluntas illud efficaciter velit & agat. Quare melius vocatur voluntarium mixtum cum involuntario; quia voluntas illud vult, sed cum aliqua repugnantia.

ARTICULUS III. (7)

Utrum ea que sunt ex metu, sint voluntaria?

Nota (Vid. N. 130.) Fieri aliquid ex metu non idem est ac fieri cum illo alio, si ponitur re-

(1) Vid. N. 138. de hac divisione: nec pretermittit animadvertendum N. 95. que hac pariter collimat. (2) Eiusmodi alio modo occurrit N. 239. 240. alii tamen vocant expressa iuxta Dilectorem Angelicum. Voluntarium in alio, sive (ut nos dicimus) secundum suam causam, & virtuale, quod in secundo illius membro ponitur, conditionem aliquam requirit, de quibus Auctor in nota, seu paragrafo ultimo presentis Articuli non zero N. 141.

(3) Quod in hac ultima divisione ab Auctore dicitur voluntarium formale, & virtuale seu interpretativum, nobis Angelici sermonem stantibus est directum & indirectum, de quo N. 241. 242.

ex metu, quando metus est causa illud facienti. Sic datio crumenæ facta latroni ad mortem vitandam fit ex metu: nam mortis metus viatorem movet ad dandam crumenam, & sic est causa dationis crumenæ. Aliquid fit cum metu tantum, quando metus non est causa actionis, nec ad illam movet, sed solum eam comitatur. Clare autem patet, eam quæ fit dumtaxat cum metu, voluntaria esse. Sic latro cum furatur timens ne deprehendatur, agit cum metu, non ex metu: quia non metus, sed divitiarum cupiditas eum ad furandum movet: quod furum est et maxime voluntarium.

Dico 2. Ea quæ sunt ex metu, sunt absolute simpliciter voluntaria. (Vid. N. 181. 182.)

Prob. Illud est simpliciter voluntarium, quod est a voluntate agente ex perfecta cognitione; sed quod fit ex metu, est a voluntate agente ex perfecta cognitione: ergo est simpliciter voluntarium.

Dico 2. Ea quæ sunt ex metu, aliquando sunt involuntaria secundum quid, aliquando non.

Prob. Quæ sunt ex metu, aliquando sunt cum aliqua repugnantia; aliquando non: nam aliquando sunt contra aliquem affectum voluntatis, aliquando non. Atqui quando sunt cum repugnantia, sunt involuntaria secundum quid: quando vero sunt absque omni repugnantia, nullo modo sunt involuntaria. Ergo &c. (1)

ARTICULUS IV.

Utrum ea quæ sunt ex concupiscentia, sint voluntaria.

Nota (Vid. N. 226.) Concupiscentia hic sumitur pro quolibet motu appetitus sensitivi in bonum sensibile. Alia est antecedens, alia consequens (Vid. N. 227.) Concupiscentia antecedens est ea, quæ a voluntate non imperatur, sed ab objecto sensibili excitatur, voluntate nil plane conferente. Consequens est ea, quæ a voluntate imperatur seu excita-

tur. Unde patet ea esse voluntaria, quæ sunt ex concupiscentia consequente.

Dico 1. Quæ sunt ex concupiscentia antecedente (Vid. N. 229. 230.) & a fortiori consequente (Vid. N. 238.) sunt voluntaria.

Prob. Illud est voluntarium, quod fit a voluntate ex prævia cognitione intellectuali. Sed quod fit ex concupiscentia etiam antecedente, fit a voluntate, ex prævia cognitione intellectuali: nam intellectus apprehendit bonum sensibile, a quo est commotio sensus interni; illudque ut bonum sensibile voluntati proponit. Ergo.

Dico 2. Concupiscentia etiam antecedens non minuit voluntarium.

Prob. Nihil potest immuere voluntarium, nisi vel ex parte intellectus, vel ex parte voluntatis. Sed concupiscentia non minuit voluntarium, 1. ex parte intellectus; nam concupiscentia non impedit claram perceptionem intellectus circa objectum sensibile. 2. Non etiam minuit ex parte voluntatis; quidem inclinat voluntatem ad volendum: unde voluntas agens ex concupiscentia, ardentius fertur in objectum sensibile.

Immo concupiscentia etiam antecedens augeat voluntarium. Nam quod fit ex illa, fit cum majori inclinatione voluntatis, & ex clariore apprehensione ac propensione objecti saltem ut boni sensibilibis.

Obj. Concupiscentia antecedens tollit aut minuit liberum: ergo & voluntarium.

Resp. 1. Concupiscentia antecedens solum tollit liberum, quando ita vehementer est, ut totaliter auferat usum rationis (Vid. N. 235. 236.), ita ut intellectus nequeat considerare rationes boni & mali. Quando autem concupiscentia antecedens non est adeo vehementer, minuit dumtaxat liberum (Vid. N. 232. 234.); quia minuit cognitionem requisitam ad libertatem, nempe considerationem finis & eorum quæ sunt ad finem.

Resp. 2. (Vid. N. 237.) Nego consequi. Quia voluntarium strictè sumptum differt a libero & potest esse

(1) Assertio nostra (N. 182.) quæ videtur absolute indicare, involuntarium secundum quid censendum esse, quidquid ex metu gravi peragitur, re ipsa non discrepat ab hac 2. thesi. Auctoris sententia, nunc esse, nunc non esse eo modo involuntarias actiones metus causa productas. In primis namque dicitur ibidem, plerumque diminui voluntarii rationem, adeoque non semper. Dein motuum humani voluntatis in illatione, cui adversari contingit affectus ex metu factas, unde quotiescunque actiones ejusmodi sunt iuxta eandem inclinationem, ex nostra doctrina pariter sequitur, ipsas non esse involuntarias secundum quid. Sicut a contrario illud ipsum motuum passivum (N. 231.) involuntaria secundum quid evadere posse, quæ sunt ex concupiscentia antecedente, tametsi hæc solent plerumque augere voluntarium. Itaque ex ca. sequi, quællam concitere cupiens, indole ac voluntate facillimum, quam tamen falso putat emulam esse Lucrætiæ, minas terrorisque adhibeat; quidquid exinde evenit, non erit puelle involuntarium neque secundum quid, quoniam hæc nil avidius excipit quam terrificam illam aggressionem. Rebus sic ex-

plicatis patet, nil roboris decedere argumento, quod nos restulimus (n. 234. & seq. tribus) ex ore gravissimum Doctorum, Eibicam de metu doctrinam asumentium ad demonstrandum sterilitatem paucitatis doloris ex sola gebenna apprehensione concepti a peccatore visitorum laqueis conscripto. Enimvero peccata pulvis peccatorum habituali ad malum propensione, palam est, ejusdem generis contrarium esse doctorem de peccatis, quem purus postique gebenna pavore ciliis et petra cordis ejus, prout inquit in tali casu locum habere doctrinam superius statutam, quod nempe actiones ex metu factæ sint involuntaria secundum quid, quotiescunque adversantur inclinationi ac gemitu agentis. Immo, (ut perspicue notavit ad mentem Scoti, aliorumque eius Interpretum P. Franc. Henricus, solide simul, ac placide doctrina Theologus) si involuntarium sumatur, quatenus lumbentia seu voluntario lubentia opponitur, quemadmodum habentur illud sumptum more sat vulgato; tum preste loquendo dicitur quæ metus inducere involuntarium simpliciter, quoties peragat hominem ad ea faciendâ, quæ minime conformantur ad inclinationem ipsius primariæ, sive absolute voluntatis, ut loquitur Innocentius III. Papa N. 173.

esse necessarium, & re vera est in amore beatifico, qui est maxime voluntarius & simul necessarius. (1)

CAPUT II.

De libero seu de libertate. (2)

In qua consistat essentia liberi arbitrii, seu libertatis strictè sumptæ.

§. I. Prenotanda.

Liberum, voluntarium, & spontaneum licet aliquando confundantur, tamen si strictè sumantur, inter se differunt. Nam spontaneum strictè est id, quod est a principio intrinseco juxta inclinationem agentis cum cognitione materiali seu pure sensitiva: ac prout talis brutis convenit. Si minus strictè sumatur, præceditur a cognitione spiritali & materiali, & tunc convenit hominibus ac brutis: nam est id quod est a principio intrinseco cum aliqua cognitione sine spiritali, sive materiali.

Liberum est id, quod est a principio intrinseco, seipsum per electionem determinante, & valente non agere. Unde liberum minus late patet quam voluntarium. Nam omne liberum est voluntarium, quia omne liberum est a voluntate agente ex prævia cognitione spiritali: at non omne voluntarium est liberum, quia non omne voluntarium est a voluntate, quæ non omne voluntarium est a voluntate, quatenus a Beatis maxima cum inclinatione voluntatis elicitur ex prævia cognitione spiritali: sed simul est necessarium, quatenus eorum voluntas ex visione beatificæ summi boni clare cogniti omni ex parte summe amabilis determinatur necessario ad amorem Dei efficiendum, ita ut ab illo amore nequeat abstinere. Igitur liberum superaddit voluntario immunitatem ab omni necessitate antecedente intrinseca, seu potentiam se determinandi per electionem ad utrumlibet ex oppositis: idcirco potentiam omnimodam id quod fit, & potentiam agendi id quod omniter.

Porro morale dicitur illud, quod est conforme vel differt regule moralis, vel quod considerat relate ad regulam eorum: sive quod est laude vel vituperio dignum. Naturale vero dicitur id, quod est a principio intrinseco sine cognitione.

II. Necessarium, violentum, & coactum licet sæpe confundantur, tamen strictè & proprie sumpta differunt inter se. Nam necessarium est id, quod est a principio sine intrinseco, sine extrinseco ad unum determinante. Violentum proprie est illud, quod est a principio extrinseco contra inclinationem patientis, carens omni cognitione, ut ascensus lapidis: unde

(1) Porro autem multa, eaque non injure stratis, quæ sunt animadvertenda circa ambas concupiscentia species, videri possunt N. 229. & seq. usque ad finem illius §. II.

(2) Nullas deinceps ad præfixam istud Caput apponemus notas, cum Dogmatico-Scholasticas persequatur doctrinam, quas dissertare non pertinet ad Moralem Theologorum institutum. Plura tamen in eo ipsam contenta magis clarescent legentibus nostram Sectionem II. de libero Articuli III. N. 147.

foli naturali ductum opponitur, sæpe tamen pro coactio sumitur. Coactum dicitur illud, quod est a principio extrinseco contra inclinationem patientis cognoscitivam. Quare coactio est motus ab extrinseco procedens contra inclinationem patientis, sive est vis illata ab agente extrinseco determinate ad unum contra inclinationem patientis cognoscitivam. Violentia vero late sumpta est vis illata ab agente extrinseco ad unum determinate contra inclinationem patientis sine cognoscitivam, sive non cognoscitivam.

III. Libertas generatim idem est ac immunitas. Quare totuplex est libertas, quotuplex immunitas. Sextuplex autem assignatur immunitas, scilicet immunitas a servitute, ab impedimento, a miseria, a peccato, a coactione, & a necessitate. Agitur hic solum de duobus ultimis, quæ dicuntur libertatis nature, important potentiam agendi.

IV. Necessitas est determinatio ad unum. Duplex est, nempe violenta, & non violenta. Necessitas violenta est determinatio ad unum cum violentia; brevius, est coactio. Necessitas non violenta est determinatio ad unum absque violentia. Scilicet necessitas simplex. Necessitas autem simplex seu voluntaria, non violenta, duplex est, intrinseca scilicet, & extrinseca. Necessitas extrinseca est determinatio ad unum orta a principio extrinseco. Intrinseca est determinatio ad unum orta a principio intrinseco.

Necessitas intrinseca subdividitur in antecedentem, & consequentem. Necessitas antecedens intrinseca, est intrinseca ad unum determinatio antecedens omnem liberam voluntatis determinationem, & ab illa independens. Necessitas intrinseca consequens, est intrinseca ad unum determinatio orta ex libera voluntatis electione.

Porro libertas a necessitate, de qua hic agitur, est libertas a necessitate simpliciter intrinseca antecedente, quæ vocatur liberum arbitrium, libertas indifferentis, & indifferentia activa. Dicitur indifferentia, quia licet eundem se est expers determinationis ad unum, & activa, quia est potentia se ipsam determinandi.

V. Libertas a necessitate simpliciter seu libertas indifferentis activa, quæ est libertas simpliciter & proprie dicta, definitur a Th. vis electiva, hoc est, potentia eligendi. Eligere autem est, unum ex pluribus oppositis, quæ sunt in potestate eligentis, assumere se seu ponere, altero recusato. Unde libertas, seu vis electiva est potentia et pluribus oppositis, quæ sunt in potestate unum assumendi, alio recusato.

Libertas proprie dicta recte dicitur definitur, facultas suorum actuum domina, potentia suorum actuum per electionem determinativam, potentia completa & expedita se determinandi per electionem ad utrumlibet ex oppositis seu incompossibilibus, potentia agendi, & non agendi, potius omnibus ad agendum prærequiritis.

VI. Cum

& seq. usque ad 171. Hanc quippe duas ob causas putavi adiciendam tractationi de voluntario. 1. quoniam materiam respicit valde gravem, nobisque cunctis intimam, quam idcirco expediens est ut Marialis Facultatis studios non solum teneant loco fundamenti a Dogmaticis jam prælati, sed etiam mentem propriam utcumque exploratam habeant. 2. quia primum conferri ad excellentem intelligentiam multarum Propositionum, quas Apostolica Sedes in Notatoriis præscriptis hæc postrema etate

VI. Cum libertas sit completa & expedita potentia agendi & non agendi, ad libertatem requiritur duplex potentia, nempe potentia agendi, & potentia non agendi, vel potentia aliud impossibile, quamvis non requiritur potentia ponendi simul duo opposita, quod repugnat. Hinc ad libertatem dicitur requiri similes potentias, non autem potestas simul, id est, Potestas ponendi simul duo opposita. Per opposita intelliguntur impossibilia, quae scilicet non possunt simul poni.

VII. Libertas proprie dicta, seu libertas a necessitate simpliciter antecedente, dividitur in libertatem contradictionis, contrarietatis, & specificationis. Libertas contra contradictionem, seu exercitium est potentia se determinandi per electionem ad utrumlibet ex duobus contradictoriis, quia sunt amor, & non amor. Libertas contrarietatis est potentia se determinandi per electionem ad utrumlibet ex duobus contrariis, quia sunt amor & odium. Libertas specificationis est potentia se determinandi per electionem ad utrumlibet ex specie diversis impossibilem, quia sunt oratio & studium. Libertas vero generis sumptae, quia in has tres species dividitur, est potentia se determinandi per electionem ad utrumlibet ex duobus oppositis seu impossibilem, quorum alia sunt contradictoria, alia contraria, alia specie tantum diversa, unde oritur divisio in tres supradictas species libertatis.

VIII. Duplex potentia, & impotentia distinguuntur, nempe physica, & moralis. Potentia physica est facultas vel virtus agendi proportionata operi faciendum. Potentia moralis est facultas agendi, nullis gravibus difficultatibus implicata, quae ab agendo avocent. Impotentia physica est carentia facultatis agendi. Impotentia moralis consistit in maxima difficultate agendi vel obtinendi.

IX. Baeus, Bajus, Janenius docuerunt ad essentiam liberi arbitrii sufficere libertatem a coactione, quae etiam libertas spontaneitatis & voluntarietatis dicitur, consistitque in carentia absolute & inevitabilis ad unum determinationis ab extrinseca coactione inclinationem voluntatis: e contra omnes Catholici contendunt ad liberum arbitrium essentialiter requiri libertatem ab omni necessitate simpliciter antecedente, etiam voluntaria seu non violenta. Cum quibus

S. II.

Dico. I. Essentia liberi arbitrii consistit in potentia agendi vel non agendi, immuni ab omni necessitate simpliciter antecedente & intrinseca. Unde ad liberum arbitrium non sufficit libertas a coactione: sed essentialiter requiritur libertas ab omni necessitate simpliciter antecedente & intrinseca.

Prob. 1. Constitutionibus S. Pii V. & Gregorii XIII. ab Ecclesia Catholica receptis, quibus damnatae sunt hae Baji propositiones, 39. quod voluntarius sit, etiam necessario fat, libera tamen sit, 66. sola violentia repugnat libertati hominis naturalis. Prob. 2. Ex Patribus. Pro omnibus sint Gregorius Naz. in apoloq. ubi ait; *arbitrii libertas patet in utranque partem motum habere.* S. Ambros. l. 2. de Fide. c. 4. *pro voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.* Ubi liberum arbitrium opponitur necessitati. S. Augustinus infra citand. & S. Damascenus, l. 3. orthod. Fidei c. 26. *arbitraria ac nobis libera*

sunt quae in utramque partem aequo continere possunt, velut moveri & non moveri, appetere & non appetere &c. His adde S. Th. l. 1. contra Gentes c. 68. *dominium quod habet voluntas supra suos actus, per quod in eius est potestate velle, vel non velle, excludit determinationem virtutis ad unum, & violentiam causae exterioris agentis.*

Prob. 3. Ratione duplici. 1. Si quod datur liberum arbitrium, est illud, quod requiritur ad meritum & demeritum. Atqui liberum arbitrium requiritur ad meritum & demeritum, est libertas ab omni necessitate simpliciter antecedente, ut fide constat, & mox ostenditur. Ergo. 2. Liberum arbitrium ex S. Th. est vis electiva. Sed vis electiva, seu potentia se determinandi per electionem excludit omnem necessitatem intrinsecam antecedentem, ut ex communi hominum intelligentia constat, secundum quam non dicitur proprie electi, nisi quod potest fieri & potest non fieri. Ergo liberum arbitrium excludit omnem necessitatem &c.

Confirm. Ex eo, quod ante Baei, Baji & Janenii tempora, omnes omnino non solum Catholici, sed etiam Haeretici & Ethnici per liberum arbitrium intellexerunt libertatem ab omni necessitate simpliciter. Et vero omnes Haeretici, qui negarunt in homine liberum arbitrium, idem negarunt, quia cum Catholicis per illud intelligentiam facultatem agendi & non agendi abique omni necessitate antecedente, etiam non violenta. Nam nemo, nisi profusus insularum, negare serio potest contra evidentem rationem & experientiam, voluntatem esse liberam a coactione.

Præterea liberum arbitrium & voluntarium strictè differunt. Sed non differunt, nisi quod liberum superaddit voluntario immunitatem ab omni necessitate simpliciter. Ergo.

S. III. Solvuntur objectiones petita ab auctoritate.

Obj. 1. S. Damascenus, l. 1. orthodoxy Fidei multa docet, ex quibus colligitur ad essentiam liberi arbitrii sufficere immunitatem a coactione. Nam

1. Cor. 12. dicit: *neque virtutis nomen obvinere potest, quod quis per vim atque invitatus facit.*

Resp. Ibi vim & invitum late sumit, per vim intelligendo quamcumque necessitatem, & per vocem invitum intelligendo necessitatem quancumque necessitate. Unde non opponit libero solum coactum strictè dictum, sed coactum late sumptum, nempe pro necessitate quancumque, necessitate antecedente. Nam ibi loquitur de libertate arbitrii, quancum Adam cogitatus fuit, & quam proinde in statu innocentiae habuit: quae sane libertas erat immuni ab omni necessitate antecedente intrinseca, etiam non violenta.

2. Ibidem docet hominem liberum esse eo quod rationalis est.

Resp. Hoc dicit, quia libertas necessario supponit rationem, & radix libertatis radice in intellectu, & quia natura rationalis exigit libertatem naturalem.

3. Idem, c. 26. dicit id esse in nostra potestate quod ultro & sponte fit.

Resp. Per se sponte intelligit liberi. Nam (ut ex c. 24. constat) spontaneum duplex admittit: unum imperfectum: quod nullam supponit deliberationem, nec proinde est electione: vocatur tamen spontaneum, quia voluntatem effert: & alterum perfectum, quod supponit deliberationem, & est electio, &

ac proinde a principio se determinante per electionem, & consequente quod est liberum libertate ab omni necessitate antecedente.

4. Cap. 27. dicit libertatem nisi aliud esse quam voluntatem.

Resp. Voluntatem ibi sumit pro facultate agendi & non agendi, seu pro potentia sui ipsius per electionem determinativa. Et ipse S. Thomas voluntatis nomen in hoc duplici sensu accepit, nam, q. 2. de potentia, art. 3. sic ait: *voluntas in quantum voluntas, cum sit libera, ad utrumlibet se habet: potest enim voluntas agere vel non agere, sic vel sic non facere, velle & non velle. Et si respectu alicuius hoc voluntas non conveniat, hoc accidit voluntati, non in quantum voluntas est, sed ex inclinatione naturali, idcirco in quantum natura est.*

Confirmantur hæc nostrae responsiones ex eo, quod S. Damascenus doctrinam nostram clare tractat in eodem libro objecto, nam postquam c. 25. probavit hominem habere in suo arbitrio & in sua potestate actiones suas, explicat c. 26. quid fit hominem habere aliquid in potestate & arbitrio suo. In nostra potestate, inquit, sunt ea, quae liberum est nobis vel facere vel non facere. Et infra: *Proprie autem in nostra potestate consistunt omnia ea, de quibus deliberamus. Consilium porro ac deliberatio de rei rebus suscipitur, quae per aequo in utramque partem contingere possunt. Per aequo autem contingens id est, quod & ipsum possumus & quod ipsi adversatur. Huius vero electio penes mentem negram est.*

Obj. S. Anselmus, l. 2. cur Deus homo, c. 10. sic ait, *improprie dicitur necessitas, ubi nec coactio ulla est, nec prohibitio.* Ergo ex S. Doctore necessitas simplex seu non violenta non est proprie necessitas, nec proinde tollit libertatem arbitrii.

Resp. Nego consequ. Quia per coactionem & prohibitionem intelligit omnem necessitatem antecedentem, ut patet ex lib. de concordia q. 1. ubi dicit actus imperatus voluntatis esse necessarios, quia voluntas cogit potentias, a quibus elicitur. Sane per id cogere intelligit necessitate necessitate non violenta. Præterea S. Anselm. eadem qu. hæc ait: *potest (voluntas) non velle antequam velit, quia libera est, & cum vult, non potest non velle, sed eam velle necesse est, quoniam impossibile illi est ipsam simul esse velle & non velle. Opus vero voluntatis, cui datum est, ut, quod vult, fit, & quod non vult, non fit, voluntarium sive spontaneum est, quoniam spontanea voluntas fit, & bisarium est necessarium, quia & voluntate cogitur fieri, & quod fit, non potest simul non fieri. Sed hæc necessitates facti voluntatis libertas, quae prius quam sint, eas cavere potest.*

Ins. S. Anselmus ibidem dicit Christum viatorum, Angelos beatos, & Deum ipsum libere iustos esse, quamvis peccare non possint.

Resp. Dicit eos libere esse iustos, quatenus, quamvis impeccabiles sint, possunt hoc opus bonum in particulari facere vel non facere, & ex pluribus actibus bonis seorsum sumptis possunt hoc vel illud eligere.

Obj. 3. S. Bernard. l. de gratia & libero arbitrio.

Resp. S. Doct. eodem libro aperte nobiscum sentit. Nam postquam triplicem distinguit libertatem, ultimum a peccato, a miseria, & a necessitate, quam

affert esse libertatem arbitrii, hæc subiicit: *placet manij ad panem libertatis arbitrii, per quamvisque ceteras amij, ipsam tamen amittere non potuit... de tribus ergo libertatibus quas accepit, abutendo illa, quae dicitur arbitrii, reliquit se privavit.* Ergo ex S. Bern. libertas, quae Adams in statu innocentiae abusus est, & quae abutendo se ipsum & posteros suos privavit duabus libertatibus, nempe a peccato & a miseria, est libertas arbitrii. Secundum autem omnes etiam hæreticos ejusmodi libertas est libertas ab omni necessitate simpliciter.

Jan. respondit ad ea, quae ex S. Bernardo obijciuntur.

Cum de libertate loquens ait, *est enim habitus animi liber sui, sibiudem non cogitur, non extorquetur; est quippe voluntas, non necessitatis.* Per hæc voces (non cogitur, non extorquetur) intelligit, non necessitari ulla necessitate etiam non violenta. Nam etiam secundum communem loquendi modum, cum aliquid dicitur non cogi, non extorquetur, significatur nulla necessitate fieri. Et quod hic fit eius sensus, patet etiam ex his verbis immediate precedentibus verba objecta: *aliud est, inquit, voluntarius consensus, aliud naturalis appetitus... hunc commune nem habentem cum bestis, consensus voluntarius non discernit: est enim habitus animi liber sui, &c.* Ergo ex S. Bernardo solus voluntarius consensus non discernit a bestis per libertatem sui propriam, & quam non habet appetitus naturalis, seu sensitivus. Atqui libertas illa non est libertas a coactione, quam bestie etiam habent: ergo est libertas a simplici necessitate.

Cum autem dicit voluntatem hoc ipso, quod voluntas est, liberam esse libertate arbitrii: per voluntatem intelligit facultatem sui ipsius determinativam per electionem, facultatem adive indifferenter ad opposita.

Nota. Multi Patres, atque etiam Theologi, qui ante exores Baji & Janenii errores scripserunt, hæc voces (*necessitatem & coactionem, voluntarium ac spontaneum & liberum, cogi, & necessitari, liberum & non coactum*) sæpe confundunt, & pro eodem sumunt; quia eas in sensu latiore & etiam vulgari sumunt. Sed tunc per coactionem intelligunt quamcumque necessitatem etiam non violentam: per cogi intelligunt necessitari sive violenta sive non violenta: per voluntarium & spontaneum intelligunt liberum, seu id quod est a voluntate sui ipsius determinativa per electionem. Item per voluntatem intelligunt potentiam sui ipsius determinativam per electionem, proindeque libertatem indifferenter. Unde hæc voces non accipiuntur in significatione stricta, quam nunc in scholis habent, sed in significatione laxiori & quam etiam habent in usu communis. Immo interdum sumunt liberum late, nempe pro voluntario necessario. Quare voces ille pro subiecta materia ad illorum mentem exponenda sunt. Nunc autem Theologi eadem voces accuratius distinguunt, & strictius sumunt, ut recentiorum novatorum cavillationes confutant.

Obj. 4. S. Thom. variis in locis. Nam

1. q. 10. de potentia, art. 2. & 5. sic ait. *Naturalis necessitas, secundum quam voluntas aliquid ex necessitate velle dicitur, ut felicitatem, libertatis voluntatis non repugnat. Libertas enim voluntatis violentie vel coactionis opponitur.*

Resp.

Resp. S. Doctor hic loquitur de libertate spontaneitatis & lae dicta, quae est facultas agendi iuxta inclinationem: non autem de libertate arbitrii & proprie dicta, quam clare multis locis docet esse immunitatem ab omni necessitate etiam non violenta. Nam p. 1. qu. 9. art. 10. ait: *Libertatem arbitriam habemus respectu eorum, quae non necessario volumus: vel naturali respectu. Non enim ad liberum arbitrium pertinet quod volumus esse felices, sed ad naturalem inclinatum. Unde & alia animalia, quae naturali respectu volunt ad aliquid, non dicuntur libero arbitrio moveri. Cum igitur Deus ex necessitate suam bonitatem velit, alia vero non ex necessitate, respectu illorum, quae non ex necessitate volunt, liberum arbitrium habet.*

2. S. Th. in 2. dist. 23. qu. un. art. 4. ait: *Libertum arbitrium dicitur ex eo, quod cogi non potest.*

Resp. Pro toto cogi intelligit necessitari quacumque necessitate antecedente inrationalium voluntaria, tam involuntaria: Sic art. 2. dicit quod *Intellectus demonstrationis cogitur.* Et vero S. Doctor, l. 1. p. q. 83. ar. 4. ait: *Libertum arbitrium nihil aliud est quam vis electiva.* Et art. 3. *Proprium liberi arbitrii est electio. Ex hoc enim liberi arbitrii esse dicitur quod unum possumus recipere, alio recusato, quod est eligere.* Per verbum recipere intelligit assumere.

3. S. Th. eadem dist. art. 1. ad 4. dicit: *Quaedam voluntas sunt ad finem ultimum beatitudinis, quae ipsi fini continentur, ut videre, amare, & similibus: & respectu eorum electio non habet imperium & libera electio.*

Resp. Solum vult, beatos temper habituros esse liberum arbitrium circa aliquos actus; quales sunt actus visionis & amoris circa multa objecta alia Deo, quae videndi & amandi nullam necessitatem habent. Et vero l. 2. q. 23. art. 2. sic ait: *Cum electio sit praecipuum unius respectu alterius, nec est ei quod electio sit respectu plurium, quae eligi possunt, & ideo in his quae sunt penitus determinata ad unum, electio locum non habet.*

4. IV. Solvuntur objectiones ex ratione petite.

Obj. 1. Voluntarium omne quantumvis necessarium, est liberum. Ergo ad essentiam liberi arbitrii non requiritur libertas ab omni necessitate simplici. *Nego antecedens. Probabitur.* Illud est liberum, quod est in nostra potestate. Sed omne voluntarium, est necessarium, est in nostra potestate: ergo est liberum.

Resp. 1. Nego min. Nam (circumstantia naturali constat) illud solum est in nostra potestate, de quo possumus pro arbitrio disporre: ac proinde illi soli actus sunt in nostra potestate, quos possumus pro arbitrio eligere vel non eligere.

Resp. 2. Disting. maj. Illud est liberum quod est in nostra potestate electiva, seu active indifferente, *cont. maj.* In nostra potestate non electiva, *nego maj.* Potestas electiva est potentia se determinandi per electionem: quae potentia includit simul potentiam ponendi actum, & potentiam illum non ponendi. Potestas non electiva est potentia producendi actum antecedenter ad illum determinatam, ideoque excludens potentiam illum onitendi.

Resp. 3. Illud est liberum, quod fit cum volumus, a quod non fit cum volumus, nec fit nisi quia volumus: at quod est in nostra potestate non electiva fit

cum volumus, non fit cum volumus, nec fit nisi quia volumus: ergo illud est liberum.

Resp. Disting. maj. Quod fit cum volumus sine necessitate antecedente inrationalia volendi, & non fit cum volumus sine antecedente necessitate non volendi, *cont. maj.* Secus, *ergo maj.* & *dist. maj.* similiter minor, *nego conseq.* Ut aliquid fit liberum, non sufficit, ut illud fiat cum volumus, nec fiat nisi quia volumus, nec fieri sit hollowis; aliquid Deo amor beatificus esset proprie liber; sed insuper requiritur, ut habeamus potentiam illud non volendi cum volumus, & potentiam volendi cum volumus.

Resp. 1. Amor Dei beatificus est liber beatie, quia fit ex eo, quod voluntas velit amare: ergo, *Nego anteced.* *Probabitur.* Si beatus non vellet amare Deum, revera non amaret: ergo Deum libere amat.

Resp. Nego antec. Nam ex communi usu veritatem hujus & cujusvis finis propositionis non sufficit connexio consequens cum antecedente, sed insuper requiritur possibilis antecedens; alioquin propositio est falsa & negatoria. Nam ejusmodi propositiones iuxta communem usum enunciant non solum antecedens cum consequente connexionem, sed etiam antecedens possibiliter: beatus autem non potest non velle Deum amare. Et vero eodem argumento probaretur beatus posse odisse Deum, & libere non odisse; si enim vellet Deum odisse, Deum odisset. Item probaretur Deum posse peccare, quia, si vellet peccare, re vera peccaret: ergo libere non peccat, ergo potest peccare.

Resp. 3. Voluntas beati, Deum amando, seipsam movet; ergo amat ex propria determinatione.

Resp. Nego antec. Nam (ut docet S. Thomas) voluntas, proprie ac stricte loquendo, non movet seipsam, nisi cum est actus sui domina; non est autem actus sui domina, nisi cum potest pro arbitrio illum eligere vel omittere.

Obj. 2. Si libertas arbitrii consisteret in indifferencia agendi, habitus boni vel mali tollerent libertatem, nam tollunt indifferenciam. Falsum conseq. Ergo.

Resp. Disting. maj. Si libertas arbitrii consisteret in indifferencia propositionis, *cont. maj.* Si libertas consistit in indifferencia activa, quae est facultas se determinandi per electionem ad utrumlibet ex duobus oppositis, ut re ipsa consistit, habitus tollerent libertatem, *neg. seq. maj.* Nam habitus in voluntatem in alteram partem impellunt, ut eam non reciperent, seu determinent ad unum.

Nota. Triplex distinguitur indifferencia: nimirum activa, passiva, & propensionis. Indifferencia activa est facultas se determinandi per electionem ad utrumlibet ex duobus oppositis, seu incompossibilibus. Indifferencia passiva est capacitas recipiendi vel non recipiendi aliquid quod nondum habetur. Haec duplex est; alia mere passiva, quae est capacitas recipiendi vel non recipiendi aliquid necessario, non ex propria determinatione: & alia non mere passiva, quae est capacitas recipiendi vel non recipiendi aliquid, sed ex propria determinatione; sic homo neque amans, neque odio habens Deum, est indifferens ad amandum vel odio habendum Deum, quia potest ex propria determinatione in se recipere amorem vel odium Dei. Quare indifferencia non mere passiva est indifferencia simul activa & passiva. Indifferencia propensionis est aequalitas propensionis ad plura, ut

Utrum ad merendum & demerendum in presenti statu sequatur libertas ab omni necessitate simplici?

Nota. Libertas a coactione est immunitas a violentia extrinseca illata: sive est potentia agendi secundum propriam inclinationem. Coactio autem est determinatio ad unum, orta a principio intrinseco contra inclinationem coacti.

§. I.

Dico. Ad merendum & demerendum in presenti statu naturae lapsae non sufficit libertas a coactione, sed requiritur libertas ab omni necessitate intrinseca antecedente, etiam voluntaria & variabilis. Est de hinc contra Janenium & eius Sectatores.

Prob. 1. Ex Script. Eccl. c. 31. *Beatus... qui peccati transfugit, & non est transfugit, & facere malum, & non fecit a deo submissa sunt bona illius in Domino.* Ecce ergo laudabilis & ratio meriti requiritur ex eo quod quis non violenter mandata cum possit violare, illicque quod mandata ferret sine ulla necessitate antecedenti.

Prob. 2. Ex tertia Janenii propositione damnata ab Ecclesia ut haeretica, quae sic habet: *Ad merendum & demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.* Ergo neutra assertio huius propositionis in sensu doctrine Janenii, in quo damnata est, contradictoria, est de fide. Adde quod Pius V. & Gregorius XIII. & Urbanus VIII. hanc Baji propositionem damnant: *Homo peccat gratiam damnabiliter in eo quod necessario facit.*

Prob. 3. Ex Patribus. Pro omnibus sint 1. S. Ireneus, l. 4. contra haereses, c. 71. *Dei Deus bonum... & qui operatur quidem illud, gloriam & bonorum percipient, quoniam operari sunt bonum, cum possint non operari illud. Hi autem qui illud non operantur, iudicium solum recipient Dei, quoniam non sunt operari bonum, cum possint operari illud.*

2. S. Justinus in apologia ad bonorum. *Nihil esset in illis lauda dignum, nisi facultatem haberent, qua se in utrumque partem converterent.*

3. Clemens Alexandrinus, l. 1. Stromatum. *Quibus libera est electio peccati primum inchoat, iure tribuuntur supplicia.*

4. S. Chrysostomus, Homil. 22. in Genes. *Nonne manifestum est, sua quomodo voluntate vel malitiam vel virtutem eligere? Nam nisi ita esset, & naturae nostrae potestas ista esset, neque illa virtuti, neque istas virtutum retributiones accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate sicuti post gratiam Dei restitutum est, ideo & peccatis supplicia propoita sunt, & bene operantibus retributiones.*

5. S. Hieronymus, l. 1. contra Iovinianum. *Libero arbitrio non condidit Deus, nec ad virtutem nec ad vitia necessitate trahitur, atque ubi necessitas est, nec damnatio, nec coactio est.*

6. S. Damascenus, l. 2. de Fide c. 26. *In nobis sunt ea, quarum liberam adepti potestatem sumus & facere & non facere... quae sequitur laus aut vituperatio.*

Patribus addo S. Thom. qui, q. 6. de malo, art. 1. sic ait: *Quidam posuerunt, quod voluntas bo-*

Iti qui equaliter propendat ad amorem & odium: sive consistit inaequaliter voluntatis non magis in unam partem quam in aliam propendens; quia indifferencia non requiritur ad essentiam liberi arbitrii, sed illi accidentaliter est.

Obj. 3. Si essentia libertatis consistit in immunitate ab omni necessitate simplici, tota essentia libertatis est in libertate contradictionis. Falsum conseq. Ergo.

Resp. Nego min. Revera tota essentia liberi arbitrii est in libertate contradictionis. Nam tota essentia liberi arbitrii consistit in eo praecise, quod fit facultas eligendi hoc vel illud, aut neutrum volendi, quod fit facultas agendi vel non agendi, quod fit facultas, quae postis omnibus ad agendum praerogativis, potest agere, & potest non agere.

Porro libertas contradictionis includit libertatem contradictionis, & si superaddit potentiam faciendi actum positivum contrarium. Nam actus malus est non negatio actus boni, tum actus positivus et contrarius.

Quaeritur utrum potentia peccandi sit de ratione liberi arbitrii?

Resp. Nego. *Prob. 1.* ex S. August. l. de correctione & gratia, c. 11. ubi ait: *Quid erit liberum libero arbitrio, quando non poterit ferre peccato, quae futura erat & homini, sicut facta est & Angelis sanctis, meritis meriti. Prima libertas voluntatis erat, posse non peccare: novissima erit multo major, non posse peccare.*

2. Ex aliis Patribus docentibus liberum arbitrium esse eximiam illam perfectionem, secundum quam homo ad imaginem Dei conditus est. Sed homo non est secundum potentiam peccandi conditus ad imaginem Dei. Ergo.

3. Quia Deus habet totam essentiam liberi arbitrii, cum liberum arbitrium perfectissimum habeat, & tamen peccandi potestate caret.

4. Quia tota essentia liberi arbitrii consistit in completa & expedita facultate agendi & non agendi.

Obj. 1. Patres aliquando describunt liberum arbitrium per indifferenciam activam ad bonum vel malum.

Resp. Tunc liberum arbitrium describunt, non per id quod est essentiale est, sed per merum statum et accidentarium, quem habet in hominibus viatoribus.

Obj. 2. Potentia peccandi est aliqua perfectio, nam est aliqua virtus.

Resp. Nego. Itaque potentia peccandi neque est perfectio, neque virtus aliqua; sed est solum defectibilitas alicuius virtutis, nempe liberi arbitrii, ejus perfectionis essentialis accidentalis. Quae quidem defectibilitas est aliquid pure negativum: unde ea potest vel sublati, liberum arbitrium semper manet idem quoad totum positivum quo constituitur; neque agitur, aut immutatur secundum suam constitutivam essentiam. Igitur potentia peccandi non competit libero arbitrio, nisi accidentaliter ratione status contingentis, quem habet in puris viatoribus.

Potest etiam dici potentia peccandi esse virtus aliqua, non praecise sumpta, sed quatenus defectibilis, nempe liberum arbitrium adepti potestatem sumus & facere & non facere... quae sequitur laus aut vituperatio.

mini ex necessitate moretur ad aliquid eligendum, nec tamen ponebant quod voluntas cogereetur, non enim omne necessarium est violentum, sed solum id, cuius principium est extra. . . Nec autem opinio est heretica tolli enim rationem meriti & demeriti in humanis actibus. Non enim videtur esse meritum, vel demeritum, quod aliquis ex necessitate agit, quod vitare non possit, &c.

Prob. Denegatione. 1. Pro merito. Ut actio sit meritoria, debet esse nostra, sic ut illam dare possimus velut premium pro merito. Atqui ut actio sit nostra, & illam dare possimus velut premium pro merito, requiritur libertas ab omni necessitate simpliciter antecedente: nam ad hoc requiritur, ut actio sit in dominio nostro, itaque possimus de illa pro arbitrio disponere, & illam dare vel non dare pro arbitrio. Ergo ut actio sit meritoria, requiritur libertas ab omni necessitate simpliciter.

2. Pro demerito. Omne demeritum est essentialiter peccatum imputabile, ad culpam scilicet & peccatum. Sed ad peccatum imputabile requiritur libertas a necessitate: ergo, & ad demeritum. *Prob. nisi.* Obligamur ad vitandum peccatum: Ergo peccatum potest vitari; alioquin obligaremur ad impossibile, nam obligaremur ad vitandum id quod non possit a nobis vitari. Nemo autem obligari potest ad impossibile, ut lumine naturali patet, & Deus impossibilia non jubet, ut docet Conc. Trid. sess. 6. c. 11.

Confirmatur ex communi omnium hominum, partium studis non execratorum, assensu, & solo lumine naturali patet, neminem laudem, ac premium, vel vituperium & poenam mereri, quod egerit id quod non potuit omittere, vel omiserit id quod non potuit facere.

§. II. Solvantur objectiones.

Obj. 1. S. Th. in 3. dist. 18. q. un. art. 3. ad 5. ait: *Vel dicendum, quod etiam si liberum arbitrium Christi esset determinatum ad unum numerum, sicut ad diligendum Deum, quod non facere potest: tamen ex hoc non amittit libertatem, neque rationem laudis sine merito, quia in illud non coacte, sed sponte tendit: & ita est actus sui dominus.* Ergo ex S. Th. ad meritum sufficit libertas a coactione.

Resp. Neg. confuso. Quia ibi S. Doctor per vocem *(non coacte, sed sponte)* intelligit non necessario quacumque necessitate, sed libera libertate a quavis necessitate simpliciter, ut patet ex his verbis: *& ita est actus sui dominus.* Nam ex dominium actuum requiritur nullis in locis libertatem a necessitate simpliciter, ut eodem art. in corp. ubi postquam dixit: *ut ad merendum requirit, se consequitur: & secundum: ut si dominus sui actuum: . . . & ideo ea que agunt per necessitatem naturae, non merentur.* Item, 3. p. q. 82. art. 1. ad 3. ait: *Sumus domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud eligere. Electio autem non est de fine, sed de his que sunt ad finem. Unde appetitus ultimi finis non est de his, quorum domini sumus.* Item 3. p. q. 88. art. 4. ad 3. *voluntas Christi licet sit determinata ad bonum, non tamen est determinata ad hoc vel illud bonum. Et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium.*

Dicer. S. Th. 2. 2. q. 6. art. 2. ad 3. sic ait: laus & vituperium, consequuntur actum voluntarium secundum perfectam voluntariam electionem.

Resp. Nego confuso. Quia ex S. Thoma voluntarium quod sit secundum perfectam rationem voluntariam, est illud, quod fit a voluntate sine antecedente necessitate. Nam iuxta illud voluntarium secundum perfectam rationem voluntarii est illud, quod fit ex pravia deliberatione; sic enim eodem articulo ait: *perfectam cognitionem sui sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, prout scilicet apprehenso fine, aliquis potest deliberare de fine, de his non sunt ad finem, inveni in finem vel non moveri.* Sed ex S. Th. quod fit ex pravia deliberatione, fit sine antecedente necessitate etiam voluntaria, nam ad 1. ita loquitur: *ex hoc contingit, quod homo est dominus sui actus, quod habet deliberationem de sui actibus: ex hoc enim quod ratio deliberans se habet ad opposita, voluntas in utrumque potest.* Enimvero cum ratio deliberans se habet ad opposita, voluntas agens ex pravia deliberatione, agit cum activa indifferentia ad opposita, & sic agit sine ulla necessitate antecedente.

Obj. 2. Qui agit voluntarie licet necessario, & habet potentiam faciendi oppositum: nam voluntas est facultas volendi & nolendi, quae semper remanet. Ergo.

Resp. Disting. antec. Habet potentiam faciendi oppositum ligatam & impeditam, esse. Completam & expeditam, neg. ant. Ad meritum autem & demeritum requiritur potentia completa & expedita agendi id quod omittitur, & omittendi id quod fit. Sic militi sano, ac robusto, sed manus pedesque vinculis confictis imputari non potest ad culpam quod non puenet, quia habet quidem potentiam pugnandi, sed ligatam & impeditam.

Jam vero si (ut docet Janfenius) voluntas nostra bonum & malum necessario agit prout determinatur a gratia vel a concupiscentia intensiore, certe cum vult bonum, non habet potentiam illud non volendi nisi ligatam per gratiam, siquidem sanis majore gratie delectatione non potest non velle bonum. Similiter quando vult malum, etiam tunc habet aliquam gratiam ad oppositum, sed minus intensam, non habet potentiam omittendi malum nisi ligatam & impeditam per majorem concupiscentie delectationem necessitantem voluntatem ad malum. Ergo in systemate Janfenij voluntati neque alius bonus ad meritum, neque malus ad demeritum imputari potest.

Inst. Voluntas etiam cum necessario agit, poneret oppositum, si vellet. Ergo ei imputari potest alius eius bonus vel malus.

Resp. Nego antecedens, quod falsum supponit; nam cum dicitur, voluntas poneret oppositum si vellet, supponitur ex communi hominum intelligentia quod possit velle oppositum. Sic dici non potest: Deus peccaret si vellet, quia Deus non habet peccandi potentiam, quum voluntas peccandi sit peccatum. Voluntas autem non potest supponi posse velle oppositum illius, quod necessario vult.

Obj. Bellus poena & premio afficiuntur, tamen non habent libertatem a necessitate simpliciter. Ergo habet libertas non requiritur ad merendum & demerendum.

Resp. Nego 1. partem antecedentis. Nam bellus proprie loquendo, nec poena, nec premio afficiuntur;

ARTICULUS III.

Utrum homo in statu naturae lapsae habeat libertatem ab omni necessitate simpliciter intrinseca?

§. I.

Olim Manichaei negarunt, & nunc Lutherani & Calvinistae negant inesse homini in presenti statu liberum arbitrium seu libertatem ab omni necessitate intrinseca antecedente, quamvis in eo admittant libertatem a coactione. Idem docet Janfenius in suo opere, quod inscribitur *Auguinus*, ab Ecclesia damnato, ex quo quinque famosi haeretici quoad sensum excerpti sunt, ut videre est to. 2. l. 6. de gratia, c. 6. & to. 3. l. 6. c. 38. & alibi. Idem etiam nunc docent Janfenistae, qui idem quoad hoc cum Lutero & Calvino sentientes, ut errorem suum a Concil. Trident. tam damnatum occultent, dicunt dari etiam in hoc statu naturae lapsae liberum arbitrium, per illud intelligentes solum libertatem a coactione vel necessitate invariabili. Sed perniciter negant nunc homini inesse libertatem ab omni necessitate antecedente intrinseca voluntaria etiam relativa & variabili, quam asserunt amissam esse per Adami peccatum quoad adus virtutis & vitii. Hinc quoad a nobis fit sive bonum sive malum, censent fieri ex necessitate intrinseca, antecedente, insuperabili; quia gratia delectatio major seu intensior voluntatem ad bonum, concupiscentia vero delectatio major ad malum insuperabiliter determinat.

Equidem eorum plerique jam non sic dure loquuntur, licet non minus haereticis sentiant; sed iustum haereticum, mutatis aliquis liberii arbitrii notiosis & usitatis vocum significationibus, sub verbis in speciem Catholicis velant. Quare ut simpliciores decipiant, ac sicum faciant, admittunt nomen indifferentiae ad bonum & malum, sed per illud intelligunt indifferentiam passivam, quae iuxta illos est capacitas quam habet voluntas, ut a gratia intensiore ad malum vel a motu concupiscentiae intensiore ad bonum insuperabiliter determinetur. Quin etiam quidam totum hanc indifferentiam vocant activam, quia voluntas licet antecedenter & insuperabiliter determinata a gratia vel a concupiscentia, vere agit, quamvis non ex propria determinatione & electione, & in hoc sensu dicunt se admittere libertatem indifferentiam activam.

Sed omnes illi Novatores constanter negant voluntatem nostram immutari esse ab omni necessitate intrinseca antecedente etiam voluntaria, & variabili, hoc est, quae modo est ad bonum, modo ad malum, prout gratia vel concupiscentiae motus est intensior; sed voluntatem nostram semper necessario agere id quod agit.

§. II.

Dico. Inest homini etiam in presenti statu naturae lapsae libertas a qualibet necessitate intrinseca antecedente, etiam voluntaria & variabili ad bonum & peccatum: Est de fide.

Prob. 1. Ex Script. Deuter. c. 30. sic Moyses Israelitas; homines existentes in statu naturae lapsae, alioquin: *respi in eo corde calum & terram, quod propulerim vos in terram, & merent, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas.*

ut; sed bonis vel malis quibusdam afficiuntur, ut ad aliquas actiones alliciantur, vel ab iis deterentur.

Dolores autem belluarum non sunt penes proprie dicit, sed duntaxat mala ipsi conaturalia penes enim proprie dicta est malum seu incommodum aliquod naturae vel voluntati contrarium ad culpam aliquam vindicandum inflicium. Neque canes proprie loquendo sulte percutuntur ob carnem comestam, nisi ut absterrentur a comedenda in posterum; alioquin irrationaliter percuterentur.

Obj. 4. Ad meritum & demeritum requiritur quidem libertas a necessitate etiam voluntaria, sed absoluta & invariabili, non autem a necessitate relativa & variabili, quae nempe modo ad bonum modo ad malum fit, prout motus indeliberatus gratiae vel concupiscentiae intensior est.

Resp. Nego. Et dico esse de fide requiri libertatem ab omni necessitate etiam voluntaria tum absoluta & invariabili, tum etiam relativa & variabili. Nam 1. Scriptura & Patres ad meritum & demeritum exigunt immunitatem a qualibet necessitate etiam voluntaria sine ulla restrictione, & completam ac expeditam potentiam agendi id quod omittitur, & omittendi id quod fit. 2. Trid. propositio Janfenii damnata est ab Ecclesia ut haeretica in sentio doctrinae Libri Janfenii, ut constat ex Bullis Alexandri VIII. & Clementis XI. ab Ecclesia receptis. Sentis autem hujus propositionis Janfenii *(ad merendum & demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate)* est quod non requiritur libertas a necessitate relativa & variabili voluntaria, ut patet celsiter librum Janfenii legenti; & ipse Janfenius admittit in presenti statu naturae lapsae immunitatem a necessitate absoluta & invariabili, nam dixerit docet eundem hominem modo ad bonum a gratia intensiore, modo ad malum a concupiscentia intensiore physice determinari. 3. Omnia argumenta allata nihilant per libertate a qualibet necessitate etiam voluntaria tam relativa & variabili, quam absoluta & invariabili. Nam utraque necessitas tam insuperabilis est, & aequae tollit potentiam ad oppositum eo instanti quo fit bonum vel malum.

Obj. 5. Licet homo necessitetur a concupiscentia, tamen vere imputabiliter peccat, quia id quod fit a concupiscentia necessitante est sufficienter liberum in peccato Adami.

Resp. Nego. Quia 1. Alexander VIII. damnavit hanc propositionem: *in statu naturae lapsae ad peccatum mortale & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium fuit in causa sua, peccato originali & voluntate Adami peccantis.* 2. Quia peccata personalia debent precedere a libertate propria voluntatis, quae sit physice nostra. Nam cum omne peccatum sit essentialiter liberum, peccatum personale est essentialiter liberum libertate propria. 3. Quia si ea quae contra legem sunt, non sunt libera nisi libertate peccati originali, sublato peccato originali iam non sunt libera, nec proinde peccata imputabilia. Unde baptizati jam non possunt peccare imputabiliter.

was & semen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque deus tui, & illi adhaerens. Et lib. Ioh. c. 2. sic eisdem Israelitas exhortatur Ioh. Spirit. Sancto afflatus: nunc ergo timete Dominum. & servite cum perfecto corde atque veritate. In autem malum vobis videtur ut Dominus servitatis, optio vobis datur: eligitis bodie quod placeat, cum servare potissimum debeatis, utrum Deum, cuius servierunt Patres vestri in Mesopotamia, an Deum Amorrhoeorum. Ergo autem & domus mea servietis Domino. Ergo Israelitas habebant optionem & potestatem eligendi bonum vel malum, eulam veri Dei vel idololatram. Ergo habebat libertatem ab omni necessitate etiam voluntaria. Eimvero si hac libertate caruissent, exhortatio illis facta in fidei Spiritus Sancti, fuisset inanis & plane nugatoria. Nam inutilis est exhortatio ad aliquid, ad quod faciendum quis necessitatur; & nugatoria ac iocosa est, si sit ad faciendum id, ad quod omittendum quis imperabiliter necessitatur.

Item, Eccles. c. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Adhuc mandata & precepta sua: si voluerit mandata servare, conservabitur se. appositae vult aquam & ignem: ad quod voluerit, porrigit manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Quae verba evidenter discuntur ad homines praesentes idoneos lapsos.

Prob. 2. Ex Patribus apud Bellarminum & alios Hinc sufficientes Patres art. citati, & hi patet. S. Irenaeus, lib. 4. c. 9. homo rationalis & secundum hoc similis Deo, liber in arbitrio factus & sine peccato, in se sibi causa est, ut aliquando quidem frumentum, aliquando asinum palea fiat. Si hominibus potestatis est, & sibi ipsi causa est, ut frumentum vel palea fiat, certe bonum vel malum agere sine ulla antecedenti necessitate. S. Athanasius, in orat. contra idola. Anima libera est & sui arbitrii, potest enim ut ad bona se inclinare, ut abona quocumque aversari.

Prob. 3. Ex Conc. Trid. quod sed. 6. c. 1. declarat in hominibus lapsis liberum arbitrium minus extinctum fuisse, vitibus licet attenuatum & inclinatum. Et can. 5. sic habet: si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum & extinctum esse dixerit, anathema sit. Ex quo sic argum. Liberum illud hominis arbitrium, quod Concilium desinit non esse amissum, est libertas ab omni necessitate simpliciter antecedente, intrinseca, etiam voluntaria, non autem sola libertas a coactione. Ergo Concilium desinit libertatem ab omni necessitate simpliciter removere in homine post Adae peccatum. Prob. 4. Illud liberum arbitrium, quod Concilium desinit non esse amissum, est illa libertas quam amissam esse asserunt Haeretici hoc canone damnati, nempe Lutherus & Calvinus, non autem illa libertas quam subicitur aliquo Concilio nil ageret, & inutilis profus esset illius definitio. Argui liberum arbitrium, quod amissum esse asserunt Lutherus & Calvinus, est libertas ab omni necessitate simpliciter, seu voluntaria & variabilis, non autem libertas a coactione. Ergo liberum arbitrium, quod Concilium desinit non esse amissum post Adae peccatum, est libertas ab omni necessitate simpliciter

iam voluntaria & variabilis. Minor constat: nam illi haeretici asserunt amissam esse libertatem a necessitate simpliciter, nec unquam negarunt inesse homini lapsio libertatem a coactione, ut patet ex illorum scriptis. Lutherus, in libro de servo arbitrio, fol. 434. Vittom. an. 1562. de voluntate nostra ait: *meta libertatis, bonitate ac sponte sua vult & facit*: Calvinus vero, lib. 2. Inst. c. 1. immo Calvinus expresse admittit liberum arbitrium intellectum in sensu Iansenii, nempe de sola libertate a coactione, sic enim, lib. 3. contra Pighium ait: *si coactioni opponitur libertas, liberum esse arbitrium & facere, & constantem assero, ac pro libertate habeo, quibusque secus sentiat. Si hoc, inquam, sensu liberum vocetur, quia non cogatur, & volentes reahatur externo motu, sed sponte ager sua, nihil moror*. Et vero dari libertatem a coactione, nemo unquam negavit, nec negare quis potest nisi insaniat. Nam per se pater voluntatem eorum non esse potest actus suos: cum omnis actus voluntatis sit ipsa inclinatio voluntatis, & evidenter repugnet voluntatem posse velle nolendo, & velle nolendo. Quod tamen fieret, si cogatur, quod suus actus. Accedit Conc. Araucanicum II. can. 15. ubi ait: *hoc secundum fidem Catholicam creditum, quod asseritur per Baptistam praeterea, omnes qui ad Jerusalem pervenerint, ressuu & debeant, si fideliter laborare voluerint, implere*. Et Concil. Constantinense, quod sess. 18. damnavit articulum Wicleffii, quod asserbat omnia de necessitate evenire. Per necessitatem intelligitur simplicem vel voluntariam, quam a praesentia Dei repetitur, in quo solo a Iansenio & Calvino discrepat.

Prob. 4. Ratione Theologica. Homo in statu naturae lapsae metetur, & demeratur, ut fide constat: ac proinde habet illi omne, quod requiritur ad merendum & demerendum. Argui ad merendum & demerendum requiritur libertas ab omni necessitate intrinseca antecedente, nec sufficit libertas a coactione, ut etiam fide constat, & ostensum est, art. 2. Ergo homo in statu naturae lapsae habet libertatem a necessitate simpliciter, & non tantum a coactione.

Prob. 5. Alia duplici ratione. Prima si homo lapsus careret libertate ab omni necessitate citius voluntaria, teneretur ad impossibile, nam teneretur observare praeterea divina, quae tamen necessario violaret, quia ea non servaret.

Secunda ratio. Si non daretur libertas ab omni necessitate simpliciter, homines felicitari iustam haberent excusationem suorum criminum, nempe necessitatem antecedentem imperabilem peccandi. Illud enim consensens aliqui inique fide a Deo five ab hominibus punientur: ergo & antecedens. Item viri probi frustra etiam ac conatum adhiberent ad virtutum colendam, siquidem ad illam exercebant non cessitarentur, & quidem ex maiore delectatione, nec magis laude ac premio digniferebant quam improbi, siquidem a trineque facerent, quod non possent non facere: quare haeretici illa negans libertatem ab omni necessitate simpliciter est principium omnis morum corruptionis: sceleribus ac vitis omnibus frenis laxata, & omnem virtutis curam ac studium penitus tollit.

§. III. Solvantur objectiones.

Obj. 1. Multos textus Scripturae.

1. Chrif-

1. Christus. Matth. c. 7. dicit: non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

Resp. Per arborem hic intelligitur voluntas efficax, ut docet S. August. & sensus est: homo habens bonam voluntatem efficacem, quamvis illam habet, non potest malum agere; sed bonam illam voluntatem libere habuit ex auxilio Gratiae, & potest illam amittere dissentiendo Gratiae. Similiter habes malum voluntatem, quamvis illam habet, non potest bonum agere; sed illam libere habet, & potest cum auxilio Gratiae habere aliam bonam, & habere sic consentiendo Gratiae. Praeterea si per arborem intelligitur homo ipse, sensus est: homo bonus quatenus bonus non potest malum agere, neque homo malus quatenus malus potest bonum agere. Sed homo bonus potest fieri malus dissentiendo Gratiae, & homo malus potest fieri bonus consentiendo Gratiae.

2. Illud Joan. c. 8. omnis qui facit peccatum, servus est peccati.

Resp. Sensus est: quod peccatum necessario subiectus fit penis peccati, nec possit se sine Gratia a peccato & penis peccati liberare, & iustificationem consequi.

3. Illud Rom. c. 7. non quod volo bonum, hoc ago; sed quod avertit malum, illud facio.

Resp. Apostolus loquitur de indeliberatis concupiscentiae moribus ad peccatum inclinabilibus, quos quidem necessario experitur, sed quibus postquam ex auxilio Gratiae non consentire, & qui dissententibus non imputantur ad culpam. Quare subiectus si autem quod volo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego habeo illud, sed quod habet in me peccatum, id est concupiscentiam. Sensus igitur textus obiecti est: non sentio inclinationem ad bonum, quam vellem habere; sed e contra experior inclinationem seu profensionem indeliberatam ad malum, quam nollem sentire.

4. Eodem c. dicitur: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mei, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis.

Resp. Homo captivatur in lege peccati improprie dicti, non autem proprie dicti. Peccatum proprie dictum est actus libere factus vel omissus contra legem Dei. Peccatum improprie dictum est concupiscentia, quae ideo dicitur peccatum, quia oritur a peccato (Adami scilicet) & ad peccatum inclinatur. Per peccatum autem, in cuius lege captivatur, intelligit Apostolus concupiscentiam, quae est habitualis propensio ad malum: cuius quidem motus necessario experitur, & sic ea capi privatur, sed illi non necessario obsequitur: & sic non necessario peccamus. Unde quamvis non sumus liberi circa motus concupiscentiae quoad sensum, sumus tamen quoad consensum.

5. Illud Tim. c. 2. de impiis & incredulis: *ut desistant diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad istius voluntatem*.

Resp. Impii & increduli dicuntur captivi tenentur ad voluntatem diaboli, non quia ab illo necessitantur ad peccatum, sed quia propter voluntariam suam recitentiam, & propter habitus peccati diabolus resistit & quo tentationibus resistere, & haerent ad

Deo permittitur in illor magis favere quam in pige & fideles.

6. Illud Prov. c. 23. Cor Regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud.

Resp. Deus inclinatur & movetur voluntate hominum quocumque vult efficaciter, notitas necessitatum, sed (ut ait S. August.) eas volendo & movendo quomodolibet congruere ut vocarent non restant, sed Deo plane consentiant.

7. Illud Iste c. 26. Domine... omnia opera nostra operatus es nobis.

Resp. Deus operatur quidem opera nostra nobis, sed non nisi nos esse propria determinatione & electione operantibus.

8. Illud Jer. c. 10. Scio, Domine, quia non est dominus vira ejus, nec viri ut ambulat, & divites gressus sui.

Resp. Hic agitur de successu consiliorum & altiorum hominis, non de productione suarum voluntatum. Et sensus est, quod successus fere executo eorum, quae homo libere vult, non fit semper in potestate hominis, sed semper pendat a divina Providentia. Quod si ageretur de actibus voluntatis humanae, sensus esset, quod homo ex suis solis naturae viribus & sine auxilio divino non potest recte vitam suam instituire, & actuali favore eliceret.

Obj. 2. Ex Caelestino Papa I. Naturalis possibilis Adami amissa est per peccatum.

Resp. Per possibilitatem intelligitur, non potentiam agendi ex propria determinatione & electione, sed potentiam agendi salutariter: quae quidem per peccatum Adami amissa est, sed per Christum reparata fuit. Hanc autem potentiam vocat naturalis, quia Adamus eam simul cum natura accepit, eamque, si non peccasset, eam natura ad posterum transmississet.

Obj. 3. Conc. Araucanicum II. can. 15. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam Baptistam non potest reparari. Quod a missum, nisi a quo parvis dicit, non potest reddi.

Resp. Loquitur de libero arbitrio tantum, ut est potentia instructa habitibus supernaturalibus, qui necessarii sunt ad merendum & consequendum vitam aeternam. Quae quidem potentia per peccatum originale amissa est, nec reparari potest, nisi per Baptismum in re vel in voto suscipiatur. Ad Concilium non loquitur de libero arbitrio praecite ut est facultas naturalis, quae postis omnibus ad agendum praerogatis potest agere & simul potest non agere: quod liberum arbitrium per peccatum originale infirmatum & extenuatum est, non tamen amissum.

Obj. 4. Si voluntas est indifferens, debet determinari ab alia causa. Ergo non est libera.

Resp. Nego sequel. anteced. Quae voluntas nostra est indifferens indifferenter activa, & sic potest se ipsam determinare & revera se ipsam determinat efficienter seu active per se ipsam, fuerit suam virtutem agendi formaliter vero per suam actionem quae est agere non potest non agere, sed impotentius consequente eius liberam determinationem.

Obj. 5. Voluntas non potest habere potentiam ad opposita, nam non potest opposita ponere. Ergo non est libera.

Resp. Voluntas nostra habet potentiam ad opposita, non simul, sed distinctam potentiam: Nam non habet

habet potentiam ponendi simul duo opposita, cum illorum positio repugnet; sed habet simul potentiam agendi & potentiam non agendi reducibilem ad actum divinum tantum. Unde voluntas cum amar, potest producere odium, vel non amare, non concluditur cum amore, sed divinum ab amore, id est, loco amoris potest producere odium.

Obj. 6. Voluntas non potest eligere minus bonum; ergo a fortiori non potest eligere malum. Resp. Nego anteced. Igitur voluntas potest eligere minus bonum, non quidem ut minus bonum, sed ut bonum sufficienter, vel comparatu facilius, & respicere majus bonum ut non necessarium, vel ut difficilius comparabile, vel ut sensibus minus gratum.

Nota. Per Adami peccatum liberum hominis arbitrium non fuit quidem extinctum; sed tamen laesum, & visibus attentatum fuit, non solum quia per hoc peccatum voluntas hominis spoliatam est iustitiam originalem dono, & specialiter illa Providentia, qua sic regelat hominem, ut in potestate sua haberet omnes corporis & animi motus; sed maxime quia propter ignorantiam, vitiumque corporis temperamentum, & effrenatam concupiscentiam continuo ad malum impellentem, voluntas nostra bonum honestum adeo falsitatis, & ita propendit in malum, ut nihil salutare vellet & agere possit sine auxilio gratie potentioris, qua induerit. Adhuc in statu innocentie, immo sine gratia non possit adus honestos merere naturales arduos exercere, quos tamen cum ordinario Dei concursu actuali potest in statu innocentie, vel etiam in statu nature pure elicere.

ARTICULUS IV.

Exponitur mens & doctrina Sancti Augustini circa liberum arbitrium in statu nature lapsae.

§. I.

SANCTUS Augustinus per liberum arbitrium hominis etiam lapsi intellexit libertatem ab omni necessitate intrinseca etiam voluntaria. Est contra Janenium.

Prob. Nam l. 1. 2. contra Faustum c. 3. sic ait: Et nos quidem sub facto peccatorum nullius hominis gratiam ponimus, ut liberum arbitrium voluntatis, quo bene & male vivitur, praeter ipsum iudicium Dei ab omni necessitate vinculo vindicemus. 2. Lib. de Gratia & libero arbitrio, c. 2. postquam retulit verba Ecclesiasticis, c. 2. quibus describitur liberum arbitrium hominis lapsi ut immune ab omni necessitate, nempe haec: Ipse ab initio facti hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Si voluerit, conservabis mandata, & si elegeris non placuit. Apponit tibi ignem & aquam, ad quoscumque volueris, extendit manum tuam. In conspectu hominis vita & mors, & quodcumque placuerit, dabitur ei: sic profertur S. Doctor. Ecce aperuitur videremus expressum liberum humane voluntatis arbitrium: Ergo S. Augustinus per liberum arbitrium intellexit eam facultatem, quam Ecclesiasticus attribuit homini lapsi: atque Ecclesiasticus attribuit homini lapsi facultatem agendi bonum vel malum pro arbitrio, & absque ulla necessitate antecedenti intrinseca, ut patet ex verbis, qua diriguntur ad hominem qui ea legit, idcirco ad hominem lapsum. Ergo Sancti Augustinus per liberum

arbitrium intellexit facultatem agendi bonum vel malum pro arbitrio, & sine ulla necessitate antecedenti intrinseca. 3. l. 2. de nuptiis & concupiscentia, c. 3. infra citando, testatur se admittere secundum fidem Catholicam liberum arbitrium in hominibus lapsis, sicut ipsi Pelagiani, idque esse commune Catholicis & Pelagianis dogma. Atque Pelagiani per liberum arbitrium intellegebant facultatem agendi completam & expeditam, ac immunem ab omni necessitate simplici, ut constat apud omnes. Ergo cap. 4. lib. De spiritu & littera, n. 54. ait: Cum potestas datur, non necessitas utique imponitur.

Obj. 1. S. Augustinus l. 1. 2. de civitate Dei c. 10. ait: Si autem illa desinitur esse necessitas, secundum quam dicitur necesse esse ut ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam stimamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis. Ergo ex S. Doctoris libertas non excludit omnem necessitatem.

Resp. Nego consequens. Quia S. Augustinus ibi loquitur de necessitate non intrinseca, sed extrinseca & resultante ex aliqua hypothese, qua fit aliquo modo in nostra potestate. Nam ibi agit contra Siroicos, qui ut libertatem humanam tuerentur, omnem indiscriminationem necessitatem ab ea removebant, & idcirco in Deo negabant praesentiam omnium liberum futurorum, ex eo quod inde sequeretur necesse esse ut illa futura eveniant. Contra hoc S. Doctor docet libertatem non officere necessitatem extrinsecam, resultantem ex hypothese, qua fit aliquo modo in nostra potestate, ut fuerit vel non fuerit, qualis est necessitas secundum quam dicitur necesse esse, ut adus a Deo absolute praescribitur & futurus, re vera futurus sit. Nam hypothese praesentiae divinae est aliquo modo in nostra potestate, ut fuerit vel non fuerit; quia Deus non praescribit adus nostros esse futuros, nisi quia futuri sunt, ut docet S. Augustinus citato, ac proinde non effert praesentiam Dei circa adus nostros futuros, si illi futuri non essent: ut autem sint futuri, pendet a voluntate nostra. Immo vero necessitas resolvitur ex aliqua hypothese, qua in potestate nostra est, ut fuerit vel non fuerit; est etiam in nostra potestate, ut fuerit vel non fuerit, ac proinde non tollit libertatem, immo supponit aliquod ejus exercitium ut quid ratione prius.

Igitur necessitas, secundum quam dicitur necesse esse, ut adus quibus bene vel male vivimus, aliquando sint, quia Deus eos praescribit, non officit libertati nostrae, cum hac necessitas ut fuerit vel non fuerit, sit in nostra potestate pendente ab hypothese ex qua resultat. Quare S. Doctor non ibi loquitur de necessitate antecedente, qua nullatenus fit in nostra potestate, immo tamen necessitatem expresse removet a voluntate, god. c. Si necessitas, inquit, illa dicitur esse, quae non est in nostra potestate, sed etiam notissimum est quod potest, sicut est necessitas mortis, manifestum est voluntatem nostram, quibus velle vel proferam, volentibus, sub tali necessitate non esse. Ergo ex S. Augustinus adus voluntatis nostrae boni & mali non subiacent necessitati, quae non est in nostra potestate, nec proinde necessitati intrinsecae antecedenti.

Inf. S. Augustinus in exemplum necessitatis, quam dicitur non nocere libertati, adducit necessitatem, qua necesse est Deum semper vivere, sic enim cap. cit. ait: Neque enim & vitam Dei & praesentiam Dei

Dei sub necessitate ponitur, si dicimus necesse esse Deum semper vivere & vitam praescribere. Sed talis necessitas est absoluta. Ergo.

Resp. Disting. maj. Adducit necessitatem, qua necesse est Deum semper vivere vita contingenti, hoc est, semper habere actus liberos & contingentes voluntatis & intellectus conc. maj. Vivere vita necessaria, hoc est, habere actus necessarios voluntatis & intellectus, nego maj. & distincta pariter minore, nego conf. S. Doctor in exemplum necessitatis non tollentis libertatem adducit necessitatem, qua necesse est Deum semper vivere vita contingenti, id est, semper habere actus liberos ac contingentes voluntatis & intellectus, quibus vivit Deus in actu secundo, nam velle & intelligere est vivere: cum sit agere immanenter. Haec autem necessitas est hypothetica, quatenus ex hypothese quod Deus libere aliquid extra se velit, aliquid contingens cognoscit necesse est, ut illud semper & immutabiliter velit & praescribat necessitate antecedente & independentem a libertate Dei vel creaturae.

Quare sensus loci objecti est: quamvis dicamus necesse esse, ut Deus semper & immutabiliter velit quiddam vult extra se, non idcirco tamen dicimus Deum necessario velle id, quod vult extra se. Sic ergo hypothese quod Deus velit mundum, necesse est ut semper, nempe ab aeterno & pro aeterno illum velit, licet non necessario velit mundum. Similiter licet dicamus necesse esse, ut Deus praescribat omnia futura quae futura sunt, non idcirco dicimus praesentiam illam divinam esse absolute necessariam, quia nempe quamvis ex hypothese quod sit aliqua futura, Deus non possit non illa praescribere; Deus tamen sic illa necessario praescribit ex hypothese, ut poterit non esse futura, quia illa sic futura sunt, ut poterit non esse futura, & sic poterit praescribi ut futura, cum repugnet Deum praescribere ut futura, quae non sunt futura.

Confirmatur Responso nostra. Quia S. Augustinus in exemplum necessitatis, quam dicit non nocere libertati voluntatis nostrae; ibidem immediate post verba instantia adducit aliam necessitatem hypotheticam, & quae est in nostra potestate; sic enim post verba objecta prosequitur: Sicut etiam cum dicitur necesse esse ut, cum voluimus, libere velimus arbitrio, & certum procul dubio dicitur, & non ideo ipsum arbitrium necessitati subiacemus, quae adhibet libertatem. Deinde sic capite illud continet: Neque enim ideo peccat homo quia Deus illum peccatum praescribit. Quis si vult, omnino non peccat: sed si peccare voluerit, etiam hoc ille praescribit.

Obj. 2. Ex S. Augustinus l. 1. 2. de libero arbitrio, c. 3. Illud est in nostra potestate, quod fit cum volumus, Sed actus voluntatis necessarius fit cum volumus: ergo est in nostra potestate, idcirco est liberum.

Resp. Ibi per potestatem intelligitur potestatem electivam, & sensus est illud esse in nostra potestate electiva, quod fit cum volumus pro arbitrio nostro & ex electione, ita ut possimus illud non velle. Praeterea minor est falsa: nam ex communi sensu & usitato loquendi modo, illud solum dicitur fieri cum volumus, quod possimus velle & non velle, agere & non agere pro arbitrio, & absque ulla necessitate antecedenti. Sic Deus non dicitur se ipsum amare quia vult: e contra dicitur Deus nos amare, nos conservare, quia vult.

Obj. 3. S. Augustinus lib. nengo l. 3. de lib. arb. c. 2. ait: Voluntas nostrae nec voluit a esse, nisi esset in nostra potestate. Porro quia est in potestate libera est nobis. Ergo ex S. Augustinus volitio hoc ipso est libera, quod volitio est, & sic volitio necessaria est libera.

Resp. Nego consequens. Quia ibi sumit volitionem in sensu strictiore, & per eam intelligit, non quamlibet volitionem, sed eam tantum volitionem, qua est a voluntate, ut est facultas sui ipsius determinativa per electionem, & immunis ab omni necessitate antecedenti. Nam eadem c. volitionem opponit necessitati antecedenti etiam voluntariae, sic enim ait: Miraris quomodo non sint contrariae & repugnantes, ut Deus praescribit sit omnium futurorum, & nos non necessitate sed voluntate peccemus. Si enim praescribit est Deus, inquit, peccatum esse hominem, necesse est ut peccet: si autem necesse est, non ergo est in peccando voluntatis arbitrium, sed potius inevitabilis & fixa necessitas. Quae rationatione hoc videlicet ne conficiatur, times ne aut Deus futurorum omnium praescribit impie nequeat, aut si hoc negare non possimus, fatemur non voluntate, sed necessitate peccare.

Obj. 4. S. Augustinus l. 1. 2. operis imperfecti n. 100. ait: Si liberum non est, nisi quod Deus potest velle, id est, & bonum & malum, liber Deus non est, qui malum non potest velle, de quo etiam iste dixit: Deus esse nisi iustus non potest. Sicut enim laudat, ut et auferat libertatem?

Resp. Hic solum reprehendit Julianum, quod libertatem arbitrii generaliter sumptam diceret esse facultatem agendi bonum & malum pro arbitrio. Quod falsum est, nam haec est tantum species libertatis propria hominis virtutis, quae potest mereri & demereri. At libertas generatim & secundum essentiam suam sumpta, est praescribe facultas agendi & non agendi pro arbitrio, & absque ulla necessitate intrinseca antecedenti; est facultas eligendi hoc vel illud; est completa & expedita facultas de determinandi per electionem ad utrumlibet ex duobus impossibilitibus, vel oppositis, sive illa sint opposita contradiCTORIE, sive contrarie.

S. Augustinus sentit ad merendum & demerendum in hoc statu nature lapsae requiri libertatem ab omni necessitate antecedente intrinseca, nec sufficere libertatem a coactione. Est contra Janenium.